

Heinrich Schuckmann Johannes Schaper


Disputatio Iuridica Inauguralis De Crimine Laesae Maiestatis Divinae, Et Humanae

Rostochii: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746836759>

Druck Freier  Zugang





V. K. — 2 (143.)

1. Schlevogt, de poenitentia.
2. Schlevogt, de fore gestae administrationis.
3. Schlevogt, de testamento parentum inter liberos.
4. Schlevogt, de naturali hominum inter se amore.
5. Schlevogt, de utili rei pecunia dotali comparatae vindicatione.
6. Schlevogt, de alienatione domino prohibita.
7. Schlevogt, de expensis deq. eamque ^{dem} exceptionibus.
8. Wildvogel, de furtis in iudicium.
9. Schlevogt de ingenuis germanorum.
10. Schlevogt de crimine abortus.
11. Schlevogt de dominio revocabili.
12. Schlevogt de citatibus requisitis et efficacis.
13. Schubart, transmissio hereditatis.
14. Schubart, de administratione rerum ad civitates pertinentium.
15. Schubart, de statu liberorum dubio et illegitimo.
16. Schubart de emenda Saxonica injuste incarcerationis praestanda.
17. Schuermann de fideiuribus.
18. Schuermann de fructibus.
19. Schuermann, de crimine laesae majestatis divinae et humanae.
20. Schuermann, de transactionibus.
21. Schuermann, de publicis judiciis.

22. Schuermann, De interprete.
23. Schütten De collisione obligationum.
24. Viethen ad institut. Justin.
25. Sixolt cognomine Schütz, de lucrat. coad. simpliciter.
26. Schulz, de jure hominum tutelarium.
27. S^huster, de adjecto.
28. Schütten, de competentia judicis.
29. Schwartz, de obligatione proprietas bonae fidei ad rem
dominam restituendam.
30. Schwartz, de jure hominum nasciturorum.
31. Schwartz, crimen laesae majestatis.
32. Schwartz, De feloniam Vasalli ex causa adulteri et stupri.
33. Muscius, de testamentis.
34. Berlich, de electione.
35. Brunst, quod Ambrosius Theodosium A. S. Cetera excludens,
majestatis, aut aliud grave crimen non commiserit. disput. prior.
36. Brunst — — — — — disput. posterioris.
37. Brännemann, de codicillis, indultis connubialis mili-
tum sive quae Lavin. Spm.
38. Braun, de protectorio imperii, quae Lavin. Spm. Vult. Braun.
39. Brenncygen, de praestatione coitionis in cessione
nomi nis.
40. Brinckmann, de notario eorumq. officio.
41. Brückner, de jure fortium.
42. Brückner, de rationibus administratorum.

191
QUO FIAT COELESTI FAVORE!
DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS
DE
CRIMINE LÆSÆ
MAIESTATIS DIVINÆ,
ET HUMANÆ,

Quam
Decreto, & autoritate Ma-
gnifici, Nobilissimi, & Amplissimi
Ictorum Ordinis, qui est in inclytâ
Rosarum Academia,
PRÆSIDE
VIRO,

Amplissimo, Consultissimo, & Excellentissimo,
DN. D. HEINRICO Schuckman/

Icto celeberrimo, Codicis Professo-
re longè dignissimo, Juridicæ Facultatis p. r.
DECANO spectatissimo, Patrono, ac Pro-
motore suo multis honorum titu-
lis prosequendo,

*Pro Cingulo in utroq; Jure Doctorali ritè
acquirendo*

Publicæ Censuræ exponit.

JOHANNES Schaper/Sonnenburgo-March.

In Auditorio Majori die 28 Junij

Horis consuevis ante, & pomeridianis.

ROSTOCKII Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Anno 1649.

VIRO
Magnifico, Generoso, Nobilissimo, & maxime
Serenuo,

JOHANNIGEORGIO de Born/
Serenissimo Electori Brandenburgico à Consiliis
Secretioribus, Curiae Electoralis, quae Custrini est,
Cancellario Spectatissimo, Haereditario in Dolgen/
Bernawichen/ Gralow/ Patrono, ac Promo-
tori suo omni honorum cultu afficiendo,

Salutem ab ipso fonte Salutis.

Cogitans ego de hoc effato Seneca Philosophorum haud infimi ve-
rissimo: Non satis aicitur, quod non satis observatur; non potui non
animum meum inducere, quin substratam materiam praeceteris
electam sub disputationis revocarem incudem: Quamvis enim non dis-
fitear, forum nostrum Literarium non ita inane esse Scriptorum de
hoc argumento differentium; attamen quantum ab hujus terribilis materia obser-
vantia utroque pede recedatur? Exempla nonnullorum testantur abjectissimorum,
qui in Majestatem, quam universa leges inviolabilem, & intactam manere vol-
lunt, hostili animo se vivere, se videntes inauditum finis ipsi parare non erubescunt.
Dd. memores observantiae & reverentiae, quam naturalis & civilis ratio Parenti-
bus attribuebant, ipsos sine venia impetratone ad praetorem vocare sub poena ex-
pressa prohibebant, quando introductum vident, quomodo nostro tempore absque
venia Parentes in jus vocentur? illud ipsum pro lego tristissimum & ultimi seculi
habere haud dubitant: At quid magis tristissimum, & ultimum demonstrabit se-
culum? quam hoc, quod illi, qui ex ordinatione divina Magistratui summam
debent reverentiam, adque ipsius latera, injuriam repellendi causa, consistere tene-
bantur, in Majestatem audacter injuriam trudent, inque ejus perniciem omnes in-
tendant nervos. Sed haec omnia eo, quo demonstratur competentia materia,
qua, cum non satis observetur, sepius omni iure ventilari, & ex am invari poterit?
Ad te autem, Vir Magnifice, Generose, Nobilissime, ut par est, dirigenda venit ora-
tio, qua partim veniam precatur audacia, quam non parum commisisse videro,
cum T. Magnifice & Generositate: non ita notus hasce pagellas ipse inscribere co-
natus fuerim, partim receptionem harum exiguarum a T. Magnifice & Generositate
summo efflagitat studio, quo opusculum hocce serena fronte accipere, meorumque
Studiorum Promotionem sibi de meliori nota recommendatam habere haud de-
dignetur. Meorum semper erit partium, T. Magnific. & Generositate officiosa ut
debeo, exponere paratissima, promptissima, meque, T. Magnific. & Generositate
profiteri

officiosissimum

Johannem Schaperm.

Auth:



Uia dicente Novell. 6. in præfat. bene universa geruntur & competenter, si rei principium fiat decens, & amabile Deo, ac admonente c. cum Paulus 26. c. 1. quæst. 1.

Nullum boni operis est superadificium, ubi Christus non est fundamentum, merito nos quoque in nomine Domini nostri IESU Christi, in quo ad omnes actus, omniaque Consilia feliciter progredimur l. 2. C. de offic. præfect. prætor. Afric. nostram operam adorimus disputatoriam, cujus hæc sit.

POSITIO I.

Crimen Læsæ Majestatis (a) est crimen publicum (b) quod in eum, qui Majestatem habet, verbis, vel factis (c) dolo malo (d) committitur.

ῥολία.

(a) Quia teste Scaligero in *Exercit. 1. sect. 1.* à vocis consideratione in ipsam rerum cognitionem deducimur, merito curam nostri habemus definiti, quod plerumque crimen Majestatis simpliciter audit in l. 1. C. ad l. Jul. Majest. l. 5. princ. l. 7. §. 4. ff. eod. l. 4. §. 4. C. de Heretic. & Manich. l. 2. C. de Fals. Monet. 2. Feudor. Tit. 56. hodie tamen frequentius secundum Canonistas in c. vergentis 10. extr. de Heretic. c. felicis 1. de pœn. in sext. cum additamento vocis læsæ usurpatur, & à suo objecto, quod est Majestas à Magnitudine ita dicta Vult. ad §. 3. Inst. de publ. Judic. n. 3. denominatur l. 3. princ. l. 8. ff. ad l. Jul. Majest. (b) rectèque genere utitur crimine publico ex l. Jul. cujus authorem propter nominis convenientiam Julium Cæsarem asserimus cum Bocet. in tract. de crim. L. M. c. 1. n. 10. Gorbosfred in Not. ad Rubric. ff. h. 2. lit. P. Hænon disput. 24. controvers. 2. lit. a. quippe hoc genus latius l. 1. ff. de public. Judic. l. 4. §. 1. C. de Heretic. ejusque accusatio cuilibet ex populo datur juxta §. 1. Inst. de publ. Judic. (c) Cætera verba differentiam & modos committendi ingrediuntur, de quibus in subsequentiis dicitur oportuni

A

(d) Hoc

(8) Hoc tantummodo addendum, non perperam poni verba dolo malo, tum propter *l. 1. §. 1. l. 4. princ. l. 10. ff. ad l. Jul. Majest.* in quibus hæc habentur expressa, tum ob id, quod voluntas distinguat delicta *§. 2. Inst. de Usucap. l. 53. princ. ff. de furt. l. 7. ff. ad l. Cornel. de sicar. l. 20. C. ad l. Jul. de adult. ac committatur non saltem per actum secundum, sed primum quoque & conatum per *l. 5. C. ad l. Jul. Majestat.* nec non similitudinem constitutionem Carol. IV. in *A. B. Tit. 14. Decian. in tra& crimino. lib. 7. cap. 35.* Quod speciale hujus criminis appellat Gothofred. *Not. circa d. l. 5. lit. S.**

POSITIO II.

Dividitur Majestas in Æternam & temporalem (a) sicque crimen est vel Læsa Majestatis æternæ, vel Temporalis.

ἐξόλια.

(a) Definitionem proximis pedibus sequitur divisio, cujus fundamentum in *Auth. Gazaros C. de Heret. & Manich. l. 32. §. 4. ff. de recept. qui arbitr. receper. c. 10. extr. de Heret.* & non absre ita fit; ut enim æternam colimus; ita & temporalem Majestatem licet Deo minorem, secundam tamen à Deo, ut eleganter ait *Tertullian.* cultu prosequimur. Sed quia à potiori faciendum initium *arg. §. 11. Inst. de R. D.* jure crimen læsæ æternæ Majestatis præmittimus, tanto enim majus est, quanto Deus major Imperatore *c. si apud 24. c. 23. Quest. 5.*

POSITIO III.

Est igitur hoc crimen in contumeliam æternæ Majestatis directum (a) cujus species blasphemia (b) Hæresis (c) perjurium (d) fortilegium (e) & alij illiciti dividendi conatus.

ἐξόλια.

(a) vocatur propriè sacrilegium *l. 1. princ. ff. ad l. Jul. Majestat. l. 4. §. 8. l. 8. §. 5. circa finem C. de Heret. & Manich.* (b) & quoniam juxta notatum in *c. eum fortius 1. extr. de Calumniat* tanto gravius est peccatum, quanto dignior est persona, cui peccatur, blasphemia, cum Deum ipsum objectum habeat, ideoque peccatorum sit gravissimum, meritò inter alias criminis species primas obtinet partes, Deo enim id falso tribuit,

buit, quod ipsi non competit, vel falsò adimit, quod ipsi verè tribuen-
dum, prout ita describitur in Recess. Imper. de anno 1548 sub Tit von
den Gotteslästerungen §. nehmlich: nec non in Constitut. Criminal. art.
106. Dambaud: in prax. crimin. cap. 61. n. 21. qui ibidem, quomodo hoc
fiat? convenientibus demonstrat Exemplis; imò secundum D. Matth.
6. 27. v. 39. cum sequens. qualibet contumeliosa verba in contemptum
Dei prolata in Blasphemiam abire certum est. Hinc Judæi, qui hujus
abominabilis criminis, propter quod fames, & terræ motus, & pestilen-
tiæ sunt Novell. 77. c. 1. §. 1. famosissimi, ab iis solum, quibus Regalia
competunt, per Ordinat. Polit. de anno 1548. Tit: von Juden vnd ih-
ren Bucher &c. non nisi sub præcipuis hisce conditionibus, ut scilicet
intermittant injurias in Christum, & usurarios contractus, simulq; audi-
tioni sancti Evangelij intersint, propter spem conversionis recipi, & to-
lerari possunt Gail. 2. observ. 5. Job. Wurmser in Nucl. Jur. Controvers.
circa Tit. Inst. de patr. Potest. controv. 2. n. 7. cæteroquin tam in Judæos,
quam alios blasphemantes poena exercetur legitima, quam jus Divi-
num dicitur capitalem per lapidationem Levit. 24. vers. 14. & 16. simi-
lem Humanum, per ultimum supplicium Novell. 77. c. 1. v. 2. ibi & ulti-
mò subdere supplicium &c. Hodiernâ arbitratiam, mox in captis, mox lin-
guæ amputatione consistentem, vel aliâ quâdam poenâ pro gravitate
delicti & frequentia, aliisque circumstantiis considerandis per Recess:
Imperij Auspurg. de anno 1530. sub Tit. Von Gotteslästerung & Ord-
nat Criminal. d. art. 106. Wefenbec. in Paratit. circa hunc Tit. ff. in fin.
Quarum poenarum tamen severitatem nostris seculis pro dolor sen-
timus obsoletam, & desuetudine inumbratam, ut impunitas criminis
facilitatem ita delinquendi præbeat. (c) Secundum est crimen Hæresios,
cujus significatio generalis in l. 6. §. 2. ff. de Excusat Tutor. hîc autem in
specialiori significatu dicitur pertinax opinio, novitatem & contrarie-
tatem inducens contra articulos fidei, ac discedens à Symbolis Aposto-
licis levi argumento ducta 1. Thimoth. 6. v. 3. c. Hæresis 27. c. 24. quest. 3.
l. 2. §. 1. C. de Hæret. & Manich. Joach. Steph. lib. 3. c. 5. n. 11. & 12. Inst.
Canon. Wefenbec. ad Tit. C. de Hæretic. n. 1. cujus poena secundum va-
ria jura quoque variat, ut Hæretici secundum Jus Canonicum: vinculo perpetui
anathematis innodentur c. ad abolendam 9. extr. de Hæret. de Jure Co-
dicum: mox arceantur à Jure civitatis, commercii, & successionis, l. 3. & 4.
§. 2. C. de Hæret. & Manich. Novell. 115. c. 3. §. 14. mox deportentur. ac

bonis confiscatis in infamiam Juris notabilem incurrant, l. 8 §. 1. C. de
Hæret. Auth. Gazaros C. eod. l. 1. in fin. C. de summ. Trinit. libri eorum
comburantur, imò ipsi Manichæi capitali supplicio afficiantur, l. 6. §. 1.
C. de Hæret. & l. 4. §. 4. C. eod. per constitutionem Carol. de anno 1529.
§. 1. factam, igni tradantur comburendi vel ferro plestantur *Dambaud.*
in prax. crimin. c. 61 n. 19. quæ tamen pœna ad seditiosum, & turbu-
lentum restringenda Hæreticum, & alios falso dogmate seducentem.
Mentzer. in Exeg. August. confess. art. 16. n. 15. Coras. ad l. 1. C. de Summ.
Trinit. n. 13. non ad quemlibet extendenda, quippe secundum effatum
Divini Oraculi: Zizania potius usq; ad messem extremi Judicii toleranda,
quam evellenda *Matth. 13. v. 28. & sequent. Petr. Theodor. in Colleg.*
crimin. disp. s. tb. 9. lit. E ut ita Pontificiorum rigor in concremandis,
ut ipsi putant, Hæreticis, accusabilis, & à legibus alienissimus merito ha-
beatur *Joach. Steph. lib. 3. c. 5. Inst. Canon. n. 13. (d)* Tertium est perju-
rium, quod est assertio vel negatio sub Invocatione Nominis Divini do-
losè jurata, & contra conscientiam præstita *c. qui compulsus l. c. 22. quæst.*
s. majusq; delictum homicidio dicitur c. ille qui s. d. c. 22. quæst. s. Ar-
nold. Rey. in Thesaur. Juridic. circa tit. de perjur. n. 149. Quia enim Deum
offendit, Judicemq; , & proximum fallit, variis quoq; subjaceat pœnis
æquum est; hinc Deum dicitur habere ultorem *l. 2. C. de reb. Credit: hu-*
jusq; pœna est in foro penitentiali penitentia 7. annorum c. quicumq; 18.
c. 6. quæst. 1. imo major in c. predicandum 17. c. 22. quæst. 1. necnon infam-
ia c. infames 17. d. c. 6. quæst. 1. c. pervenit. 2. in fin. extr. de Fidejuss.
eadem & recepta in foro exteriori per l. 41. C. de transact. l. 17. C. de di-
gnitat. lib. 22. cum furtum cœsione l. 13. §. ult. ff. de Jurejur. necnon
missione in exilium l. ult. ff. Stellionat. hodie verò secundum Constitut.
Carol. art. 107. perjuris priores articuli digitorum, quibus falsò jurâ-
runt, amputantur Schneid. in commentar. ad Instit. circa tit. de action.
n. 14. (e) Quartum nunc sequitur, quod est sortilegium, cujus significa-
tio & benè audit, *c. fors l. c. 26. quæst. 2. l. 14. ff. de Judic. §. actiones 23.*
Inst. de Legat. & malè, ut hic, pro inquisitione scil. rerum futurarum, &
occultarum per incantationes, & artes Magicas celebrata Steph. lib. 3.
c. 3. Inst. Canon. n. 17. & sequi: Schneid. in commentar. ad Instit. circa Tit.
de Legat. §. 23. num. 12. cujus species quatuor recensentur in c. igitur l. c. 26.
quæst. 3. earumq; cultores sunt Magi, & Necromantz l. 5. C. de Malefic.
& Mathemat. & Mathematici, non artes liberales profitentes, sed præ-

texto harum magiam, & præstigias, quæ causas physicas non habent,
 improbè exercentes l. 2. C. d. t. Wesenbec. ad Tit. ff. de sicar. n. 29.
 Gothofred. in Not. ad Rubr. C. de Malefic. & Mathematic. lit. a. Arioli
 ex Crystallo & similibus ariolantes, Aruspices extra hostiarum inspi-
 cientes d. l. 5. & 7. C. de malef. & Mathem. d. c. 1. e. 26. quest. 3. Qui o-
 mnes quia subversi & relicto Creatore suo diaboli suffragia quærunt,
 & Episcopi 12. c. 26. quest. 5. ac dæmonibus sacrificia sanguine humano
 faciunt d. c. 1. e. 26. quest. 3. cum pœnis Canonicis, consideratis circum-
 stantiis considerandis, arbitrariis c. 1. e. 2. 3. & 6. e. 26. quest. 5. quam
 civilibus capitalibus l. 5. in fin. & l. 9. C. de Malef. & Mathemat. nec-
 non consuetudinariæ ignium concremationi subijciuntur per Constit.
 Carol. crimin. art. 109. à cuius generis pœnâ Lamia propter verba feralis
 pestis l. 6. C. d. t. haud excipiendæ, cum per ea teste Gothofred. ignis sup-
 plicium intelligatur in Not. ad d. l. 6. lit. 1. Damhaud. in prax. crimin-
 cap. 61. n. 137. ubi & in antecedentibus & consequentibus varios forti-
 legii & divinandi conatus exponit.

POSITIO IV.

Paucula Hæc sufficiant de Læsâ Majestate Divinâ,
 nunc properandum ad Humanam Majestatem, cujus
 Læsionis crimen olim committebatur in populum Ro-
 manum (a) nunc quoq; in Imperatorem, (b) & omnem
 habentem majestatem (c)

ῥόλια.

(a) Cum olim omnis potestas ac Majestas penes populum Roma-
 num resideret, l. 7. §. 1. ff. de Captiv. & postlim. revers. non nisi in eum
 committebatur crimen L. M. l. 1. §. 1. ff. ad l. Jul. Majest. Lege vero Re-
 giâ sub Augusto Imperatore lata, l. 14. in fin. ff. de Manumiss. l. unic. §
 14. in fin. C. de Caduc. tollend. Wurmss. in Nuel. jur. controvers. circa
 Tit. 1. lib. 1. Inst. controvers. 4. Wesenbec. in Paratitl. ad Tit. ff. de Con-
 stit. Princip. n. 1. omniq; potestate per eam in Imperatorem abdicativè
 collocatâ, §. 6. Inst. de J. N. G. & C. l. 1. ff. de Constit. princip. l. 1. post
 princ. ff. de offic. præf. prætor. Petr. Theodor. in Colleg. crimin. disput.
 5. Tb. 1. lit. G (b) quia propriè hoc crimen in Imperatorem com-
 mittatur, nullum est dubium propter l. 7. §. 1. C. ad L. Jul. Majest: ar-
 gum.

gum. l. 3. in fin. ff. de offic. prator. Illius enim Majestas Imperatoria in
princ. Proem. Instit. l. 12. princ. & §. fin. in fin. C. de Legib. ac
principalis l. 7 §. 3. ff. ad L. Jul. Majest. l. 91 ff. de Hæred. instituend. Ille
Dominus mundi l. 9 ff. ad l. Rhod. de jact. restricti tamen ad Romanum
orbem arg. l. 2. princ. C. de Jurejur. propr. calumni: cum ob medium in-
habile generalis locutio, non nisi, in quantum potest, operetur Everh.
in loc. Topic. legal. loc. s. v. 1. Ille caput Imperii dicitur in A. B. Tit. 2.
Ibi: Ein weltlich Haupt: Nec Excluditur Imperatrix sive Augusta, quæ
iisdem gaudet Privilegiis, quibus ipse Princeps l. 31. ff. de Legib. adq; ra-
tionem in l. 1. C. ad L. Jul. Majest. ibi nam & ipsi pars corpori &c. omni-
nò accedit Riemer. Decad. 15. quest. 1: Nec alii Reges & Principes superio-
rem non recognoscentes, eo enim ipso, quo ipsis non imperatur, Maje-
state pollere dicuntur Besold. in dissert. de Majest. c. 4. per tot. sect. 1.
Wurm. in Exercit. 3. Jur. publ. quest. 2: Nec Electores, qui, quoniam,
proximum post Imperatorem obtinent locum, ut cum Imperatore quasi
consortes Imperii sint, & propter insigne, & Splendidum munus ipso-
rum Tutela non in hanc vel illam familiam per dispositionem ultimam
translatória, sed solum legitima sit per A. B. Tit. 7. ac Principales Impe-
rii Columnæ dicantur & proxima membra Imperii sacratissimi in d. A.
B. Tit. 2 §. vñd diessel nec non Proceres sacrum ædificium sustinentes in
d. A. B. Tit. 3. princ. itaq; merito Regibus æquiparentur Libent. Exer-
cit. 9. Colleg. Polit. Th. 7. Laxæ quoq; Majestatis fiunt capaces l. 1. C. ad
L. Jul. Majest. per A. B. Tit. 24. Non minus R. P. superiorem non reco-
gnoscentes, veluti R. P. Venetorum, quæ cum sit in mari fundata, libe-
ra est, & neminem, nisi solum Deum superiorem habet Steph. in di-
scurs. Academ. 17. part. 2. Th. 9. Paurmeist. in tract. de Jurud. lib. 2. cap. 4.
n. 38. Minimè contra Archiduces Austria, quibus, quamvis primas post
Electores obtineant, & proximam sessionem post eos habeant, aliisq;
pluribus condecorati sint privilegiis, de quibus videatur Libent. Exer-
cit. 8. Colleg. Polit. Th. 40 & 44. hujus criminis competentia propter
defectum specialis Privilegii non tribuenda per e. odià de R. J. in sent.
nec alius Principibus superiorem recognoscentibus, quorum quia nec
propriè sic dicta Majestas nec propria Majestatis læsio est, Wesenbee.
circa, tit. ff. ad L. Jul. Majest. n. 4. in fin. Decian. in d. tract. lib. 7. c. 4.
n. 8. sed quicquam contra hos inolentes, vel L. Jul. de vi, vel poenà
arbitraria tenentur, Schneid. circa Tit. Inst. de Public. Judic. §. 1. v. 6.
Nec

Nec consiliariis simpliciter, sed propter asperitatem pœnæ sub distinctione, an privato in ipsos odio, an studio lædendi Principem in eos delinquatur? *argum. l. ii. ff. h. s. Treutl. volum. 2. disput. 32. Tb. 1. lit. c. Wurmser in Nacl. Jur. controver. Tit. 18. lib. 4. Inst. controvers. 4.* Nec Tyranno, cum textus loquens de Principe non locum habeat in Tyranno, qui nomine Principis non venit *Arnisa in doctrin. Polit. cap. 9. pag. 322. & sequent.* eo enim ipso, quo Tyrannidem exercet, ac pietatis & honestatis claustra nefariè perfringit, jus suum amittit, *argum. § 8. 2. Feud. Tit. 27. Barthel. Volgmar. in tract. de Jur. Princip. c. 11. n. 5.*

POSITIO V.

Expositum hæctenus, aduersus quos hoc crimen committi possit, nunc proximum quoq; est, ut eos nominemus, qui hoc crimen committere possunt, quales soli sunt subditi. (a)

Exposita.

(a) Quia respectu subjectionis hoc crimen perpetratur, non nisi subiectus illud perpetrabit per *c. Pastoralis 2. v. rursus Clement. de sentent. & re iudic.* Ubi Rubertus Siciliae Rex per conspirationes, in offensam Henrici Imperatoris Romani factas, ea propter quod Imperatori non subfuerit, crimen L. M. commisisse negatur *Gothofred. in Not. ad l. 5. C. h. s. lit. l. Treutl. volum. 2. disput. 32. Tb. 1. lit. b.* cuiuscunq; conditionis sit subiectus *l. nullus 4. in fin. C. ad l. Jul. Majest.* siue quoq; Electoralis dignitatis, ac Principalis, cum & Electores, & alii Principes Imperatori juramento fidelitatis, & subjectionis obedientiam sanctè promittant, eaq; propter subditi vocentur in *Recess. Imper. de anno 1521. §. Ordnung des Friedens* / secus tamen dicendum de nostro Imperatore, qui Papæ nullo modo subiectus Imperium tanquam Feudum ab illo non habet, per *princ. ff. de Concept. ff. Novell. 73. §. 1. in prafat.* quippe putativus ille donator nullum jus transferendi Imperium habens non potuit plus in donatarium transferre, quam ipse habuit, *juxta l. 54. ff. de R. J. Finckelr. disput. 4. Feud. tb. 2. lit. c.* quicquid etiam adulatores Pontificii, quibus autem tanquam testibus domesticis parvam fidei attribuendum per *l. nullus ff. de testib. & c. unic. Clement. de Jurejur. c. 6. ex 17. de major. & obediens.* contradicant, nos rectius solum invertimus, ac Pontificem

tificem Imperatorum Vasallum, & subditum asserimus propter Recess.
Imper. de anno 1500. sub Tir. Wie man mit den Babst handeln sol/ &c &
Epistolam Leonis quarti, Quâ se Ludovico humillimè subijcit c. non si
41. c. 2. quest. 7. sive secundò subditus sit laicus s. clericus, qui posterior,
quamvis secundum c. nullus 2 extr. de for. conpet. videatur exemptus Juris-
dictioni Seculari, tamen non desinit esse districtualis s. provincialis sui
Principis c. 15. v. Nec aliqui de offic. & potest. Judic. deleg. in sext. c. no-
vimus 27. extr. de V. S. Ubi Clericus seculari Curiaè puniendus tradi de-
bet; hinc Bellarm. lib. 1. de Cleric. c. 28. tam verè quam elegantèr ha-
bet; Clerici, præterquam quod Clerici sunt, sunt etiã cives, &
partes Reipublicæ Politicæ; igitur ut tales vivere debent legibus ci-
vilibus. Sive quoque subditus vel sexus Masculini, vel foemini propter
particulam quisquã in d. l. s. C. b. t. quæ secundum l. 1. ff. de V. S.
tãrã masculos, quam foeminas complectitur & in favorabilibus,
l. 62. in fin. ff. de Legat. 3. & odiosis l. 10. § 1. ff. ad l. Jul. de adult. imò &
pubertati proximus, dolitamen capax l. 111. ff. d. R. J. l. s. §. 2. in fin. ff.
ad l. Aquil. quippe in hunc omnia delicta cadunt, excepto adulterio,
quod post pubertatem demum incipit l. 36. ff. d. adult. quamvis mitio-
rem mereatur pœnam propter l. 108 ff. de R. J. l. 37. ff. de minor. c. pue-
rũ extr. de delict. puer. Secus tamen erit, si sit infans, aut infantiaè prox-
imus, vel furiosus, vel mente captus, qui omnes, quia non intelligunt,
quicquid agunt d. l. s. §. 2. ff. ad l. Aquil. §. 8. & 9. Inst. de inutil. stipu-
lat. l. 3. §. 1 ff. de injur. hujus criminis rei fieri nequeunt juxta l. infans
12. ff. ad l. Cornel. de fcar. c. aliquos s. c. 15. quest. 1.

POSITIO VI.

Ex hætenus dictis constat, qui quoq; in reatum
hujus criminis incurrere possint, Nunc transeundum ad
modos, quibus committitur hoc crimen, qui duo, vel
in verbis (a) vel in factis (b) consistentes.

ὁδία.

Sicuti secundum §. 1. Inst. de injur. & l. 1. §. 1. ff. eod. quævis injuria
committitur re vel verbis; ita quoq; injuria in Majestatem habentem
committenda re aut verbis perpetrabitur. (a) Hæc fit verbis contume-
liosis, & injuriosis, à quibus propter prohibitionem divinam Exod. 22.
v. 28.

n. 28 & in dñ. Apostol: c. 23. v. 5. & Canonicam c. paratus 2. c. 23.
quæst. 1. nec non civilem tot: tit. ff. C. de injur. argumento à minore
ad majus deducto, sedulo abstinenti; , cetera tamen eo: um de jure ci-
vili nulla l. unic. C. si quis Imperat. maledixer. non eapropter quod
crimen L. M. non committatur, quod contra verba finalia d. l. unic.
sed ne quotlibet lubricum linguæ trahatur ad pœnam l. 7. § 3 ff.
ad l. Jul. Majest. Bocer. in tract. de crimin. L. M. cap. 2 n. 3 adquam ta-
men tunc trahitur, quando dolus vel malitia magna apparet (b) Illa
xco] ἐξοχῆν dicitur perduellio à perduellibus, qui antiquis hostes
audiebant, l. 234. ff. de V. S. nominata, & tanquam species à crimine
ut genere distincta l. ult. in fin. ff. h. t. l. 3. C. 4. C. eod. ubi sub nomi-
ne criminis Majestatis continetur perduellio Treutl. volum. 2. disput.
32. th. 1. lit. e. Quæ autem & qualis sit, exprimitur in l. ult. in fin. ff.
h. t. secundum quam proprium est, hostilis animus animatus adver-
sus Imperium, vel Imperatorem, personam ejus vel offendendo, vel
ipsum de provinciâ, aut ejus parte turbando vel cum militibus vel
cum privatis vel barbaris scelestam factionem ineundo. l. 1. 3. C. 4.
ff. h. t. vel proximis corporis Cæsarei partibus, quæ Electores sunt,
vitæ periculum præparando in A. B. Tit. 24. l. 5. C. h. t. vel bellum
Imperio Romano movendo, vel hostem in Imperium opprimendi
& devastandi causâ inducendo l. 10. ff. h. t. de nece Consiliariorum,
Senatorum, & militum Cæsaris cogitando d. l. 5. C. h. t. quod ul-
timum tamen nomine quasi perductionis venit, & ad aliam offensam
præter necem non extendendum propter l. penult. ff. de pœn. Hoc in-
super addendum, eum reum perduellionis & quasi fieri, qui scit qui-
dem, aliquod periculum comparari Imperatori vel Imperio, vel Ele-
ctoribus, vel Consiliariis, non verò revelat l. 5. §. 6. C. ad l. Jul. Ma-
jestat: argum. l. unic. §. pœnas C. de rap. virgin. modo tamen illud
crimen probare possit, aliàs enim non tenetur revelare, tùm pro-
pter l. 8. in fin. C. de Calumniat. tùm propter metum, qui est subje-
ctionis tormentorum l. 3. C. 4. C. ad l. Jul. Majest. Bocer. in d. tract.
c. 2. n. 54. Plurium specierum criminis L. M. factio commissarum
mentio inijcitur in d. l. 1. §. 1. l. 3. C. 6. ff. h. t. veluti facere, quod
obsides injussu Principis aufugiant, quales illi dicuntur, qui Impe-
ratori loco pignoris pro causâ traduntur publicâ, hoc pacto, ut si

B

datoꝝ

datator obsidis datam fidem non adimpleat, recipiens habeat facultatem in corpus, atq; vitam ejus agendi *D. Tō'm. in dissert: de crimin: L. M.* eaq; propter, quia de statu suo incerti sunt & dubitant, non nisi per expressum beneficium testari possunt *l. u. ff. qui testam facer: poss.* minus tamen committitur crimen hoc, à facientibus eos at fugere obsides, qui inter inferiores à Principibus dati proprietates non sunt. *Decian. in tract. Crimin. lib. 7. c. 18. n. 3.* 2. Nuncium, vel literas dolosè hostibus Imperatoris mittere, ea aperiendi causâ, quæ non aperienda *d. l. 1. §. 1. circa fin. ff. h. t. Gig: Rubr. Qualiter & à quib. crimen L. M. committ. quæst. 51.* Ubi quoq; nuncius & tabellarius scienter literas hostibus asportans ejusdem criminis accusandus *Gig: d. l. quæst. 20. n. 3.* 3. Statuas & Imagines Imperatoris, quæ inviolabiles, & fugientibus plenissimam securitatem concedebant *§. 2. Inst. de his qui sui vel alien. Jur. sunt. l. unie. C. de his qui ad stat. confug.* consistare, vel lapide jactato dolo malo attingere *l. 3. §. 1. à contrario sensu l. 6. ff. h. r. 4. sine Imperatoris jussu, & permisso vel monetam cudere; Quia enim nontantum jure civili jus cudendæ monetæ privatis est interdictum, l. fin. C. de Fals. Monet. sed quoq; Imperii Lege Principibus aliisq; Dominis & statibus metalibus, quibus non nisi ex privilegio & speciali permisso Imperatoris, hocce competit jus per Recept: Imper: de anno 170. §. 21. dñ auch die MünzOerechtigkeit &c. prohibiti, ne jus suum monetæ cum aliis quovis modo communicent in Recept: de anno 151. §. 5. So haben wir vns auch &c. sicq; jus monetæ cudendæ ipsius Principi ossibus dicitur inhære *Wesensee conf. 66. n. 31.* ac ex Regalium numero est *cap. unie. 2. Feud. Tit. 36.* illi, quibus specialiter pro more concessionis Regalium non est concessum, merito in crimen Majestatis incurrunt *per l. expressam 2. C. de Fals. Monet. Bocer d. tract. t. 2. n. 75.* vel secundò monetam cufam adulterare *l. 1. C. de Fals. Monet. Constit. Carol. art. III.* paria enim sunt Imperatoris imaginem consistare, vel eam ledere *juxta l. 6. ff. h. t.* Hinc pœna falsam monetam cudentium exustio flammæ *d. l. 2. C. de Fals. monet. Const. Carol. d. art. III.* domusq; in quâ moneta fabricata, confiscatur *l. 1. C. d. r. falsam monetam expendentium pœna falsi ex l. Cornel. l. 9. §. 2. ff. ad L. Corn. de Fals.* quæ est in libero deportatio, & omnium bonorum*

norum publicatio, in seruo ultimum supplicium per l. 1. §. ult. ff. d. 2. à quâ tamen immunes, qui falsam monetam propter intervenientem pœnitentiam, totam formare nolueret. 19. ff. ad l. Cornel. de Fals. necnon secundum constitutionem Crim. d. art. 111. puniuntur, qui monetæ non status monetalis, sed propriam vel alterius imaginem imprimunt, §. Privatum tenere carcerem ex l. unic. C. de privat. carcer. inbib, quæ committentes hoc genus criminis ipsius Majestatis nuncupat violatores, carcer enim cum nota Jurisdictionis, à privato præter crimen L. M. haberi non potest propter l. 3. in fin. ff. ad L. Jul. Majest. Gaill. de P. P. lib. 1. cap. 16. n. 29. Excepto Patrefamilias, qui filium immorigerum ex potestate patriâ in certo conclavi ad emendandum claudere potest, secundum Cymon. in d. l. unic. C. de privat. care. Schneid. ad Instit. Tit. de Patr. potest: circa questio: Qui sunt effect. patr. potest. n. 27. Cæteræ criminum L. M. species ex LL. Tit. de hoc crimine loquentium tum ff. tum C. evoluendæ, impræsentiarum autem à nobis propter penuriam pagellarum silentij nube obtegendæ.

POSITIO VII.

Quia Executionem præcedere debet causæ cognitio, operæ pretium erit, pauca de Judicio, quod ex hoc crimine datur, quoq; pœnæ petuntur, præmittere, exponendo tam personas Judicium constituentes (a) quam processus modum (b)

Quæstio.

(a) Sicuti quodlibet Judicium tres constituunt personæ per e. forus 10. Extr. de V. S. Judex scil. actor & reus; ita pares numero hoc quoq; Judicium sibi vendicat, ut Judicem habeat non Imperatorem solum, sed & alium competentem causæ criminalis Judicem per clarum l. famosi 7. §. 3. ff. ad L. Jul. Majest. l. 4. C. eod. ubi permittitur Judicibus, nescio quoq; Imperatore, reo Majestatis fiduciosum tormenta inferre, nec non per constitutionem Henrici sept. Tit. 1.

B 2

Extra-

Extravag: Actorem admittat quemlibet ex populo §. 1. *Inst. de publ. Judic* l. 43. §. 10 ff. *de rit. nupt.* imo & fecinam l. 8 ff. *ad L. Jul. Majest.* quæ alias in multis juris articulis deterioris conditionis l. 9. ff. *de stat. homin.* Quorum 37. notat *Specular: in Tit. de procurator:* ac in omnibus ferme accusationibus & modis publicis, nisi suam suorumq; prosequatur injuriam, communiter repudiatur §. 3. *Inst. de suspect. Tutor* l. 2 ff. *de accusat.* l. 12. pr. C. *de his qui accus. non poss.* l. 2 ff. *de R. J.* Et famosum l. 7. *princ. ff. b. r.* qui alias, cum semel malus, semper ita futurus præsumatur l. 2. ff. *de Senator: o. semel* §. de R. J. *in sext.* non admittitur l. 8. ff. *de accusat.* Et servum, qui regulariter legitimam personam standi in Judicio non habet, propter l. 32. ff. *de R. J.* & non nisi in casibus expressis adversus Dominum consistere potest l. 53. ff. *de Judic. d. l. 7. §. 2. ff. ad l. Jul. Majest.* Et militem l. 4. C. *b. r.* cui alias, ne advocetur à militia, civilibus in causis bene non licet l. *militem* 7. C. *de procuratorib.* l. 8. ff. *de accusat.* Imo omnes, & singulos de jure alias accusare prohibitos habeat actores, quippe in hoc crimine omnium exæquata conditio l. 10. §. 1. ff. *de quaestio. l. nullus* C. *ad L. Jul. Majest.* Reos itidem quoscunq; subditos, de quibus circa posit: 5. dictum: ita ut Clericis quoque crimen hoc contra Principem committens contra *cap. si diligenti* 12. *extra de For. compet.* forum declinare, ac Judicem secularem tanquam incompetentem reculare haud queat per *transaction. Passoviens* & *Religion: Pacific* de anno 555. v. *darmit* auch *obberührte beyderseits* &c. quæ Jurisdictio Ecclesiastica in terris Augustanæ confessioni additorum est suspensa. *Steph. in discours. Academ. d. part. 1. pag. 12.* *Barthol. Volgmar. in tract. de Jur. Princip. c. 5. h. 1. (b)* præsentibus hinc personis processus introducitur, qui sicuti in cæteris criminibus, ita quoq; in hoc triplici formatur via, quæ est vel accusationis l. 3. C. *ad L. Fabi: de Plagiar* l. 10. C. *ad l. Cornel. de Fals.* per libellum l. 3. ff. *de accusat.* l. 16. *Cleod.* qui quamvis olim subscriptionem in similitudinem supplicii necessario habens, d. l. 3. ff. *de accusat.* l. ult. C. *de his qui accusat. non poss.* hodie tamen minime *Steph. in Instit. Canon. lib. 3. c. 2. n. 2.* propter tres propositiones Syllogismus Practicus dicitur *Specul. de libell. concept. §. quid libellus. n. 2.* estq; de substantiâ processus *Steph. d. l. Inst. Canon. cap. 2. n. 6.* licet nec in hoc

hoc libello conclusio, in qua alias præcipua forma libelli consistit,
necessaria, in qua ad vindictam publicam agitur, l. 9 § 5. ff. de Pu-
blic. & vetig. Schneid. ad Instit. Tit. de actionib. n. 19. Ubi plurimum
libellorum recensentur species, in quibus conclusio ita necessaria
non est, imò nec ipse libellus semper de necessitate hæc requiritur
propter sanctionem: *Henrici sept. Tit. 1. Extravag. constit.* ubi sum-
marie & de plano in hoc iudicio absq; libello per *Clement. l. 2. de*
U. S. procedere permittitur: Vel secundò denunciationis, ad quam
faciendam olim stationarii & Irenarchæ constituebantur l. 1. de U. S.
de custod. reor. l. 1. § 12. in fin. de offic. præf. Urb. Vel deniq; in-
quisitionis per l. 13. ff. de offic. præf. c. 21. & 24. extr. de accusat. &
inquisit. per constit. Caroli. art. 8. quæ est legitima iudicis ex officio
precedentis super delicto informatio, D. Carpz. pars. 3. Crimin.
præf. quæst. 107. n. 5. remediumque ordinarium l. 3. ff. de offic. quæst.
Eorum agendi modorum sequentia sunt citatio, quæ vel verbalis
per nuncium, sive literas sive per Edictum publicè propositum se-
cundum constitutionem dicti *Henrici 7mi. in Extravag.* vel realis, per
personæ apprehensionem & ad iudicem productionem c. *si Cleri-*
cos 15. de sentent. excommun. in sext. l. 13. §. 2. ff. de injur. ad illam
si non comparcat Reus, sed contumaciter emanat, contra naturam
coæterarum causarum criminalium, in quibus contra absentem defi-
nitive pronunciarî non potest. propter *l. absentem 5. ff. de pen. cap. 1.*
de Elect. & Elect. potest. in sext. nihilominus tamen in nostro crimine
contra ipsum proceditur per dicti *Constit. Henrici in Extravagant.*
Docer. d. tract. c. 4. n. 9. Litis Contestatio, cujus descriptio habetur
in *l. 1. C. de lit. Contestat.* ac olim solemniter civibus Romanis præ-
sentibus fiebat, *Steph. d. l. lib. 3. c. 2. n. 4.* de cujus præcipuis effecti-
bus disserit *Bronchorst in Commentar. ad l. 87. ff. de R. J.* Probatio,
quæ sufficientissima & luce meridiana clarior requiritur per *Luit.*
C. de probation. cum cautius agendum sit, ubi majus censetur peri-
culum arg. c. 3. *de Elect. & Elect. potest. in sext.* Sententia ejusq; exe-
cutio, quam licet de jure civili appellatio impediat *l. 6. ff. de appellat.*
in Camerâ tamen de consuetudine universitatis recepta, ne delicta
maneant impunita contra *l. 13. ff. de offic. Præf. c. l. 51. § 2. ad L.*
Aquil. nullo modo, nisi in casu nullitatis, admittitur *Mynsing. sentent.*
observat. 41. & 42.

POSITIO VIII.

Restat, ut de pœnis dicamus, quæ tam in amissionone vitæ (a) quam bonorum (b) consistunt.

gōria.

(a) Quia pœnæ debent commensurari delicto, l. 31. ff. ad L. Cornel. de Fals. aliter esse non potest, quin hoc delictum omnium gravissimum, summèq; R. P. lædens, ipsi, nec non illi, qui præst, funus parando, gravissima quoq; sequatur pœna, quæ sicuti ex l. 12. Tabul. fuit capitalis l. 3. princ. ff. ad L. Jul. Majest. ita quoq; nunc est gladii per l. 5. C. eod. §. 3. Inst. de Publ. Judic. A B Tit. 24. Combustionis l. 2. C. de fals. mones. vel frequentius sectionis in partes eminentioribus locis suspendendas Constit. Carol. art. 124. Damhaud in pract. Crimin. t. 62. n. 6. Treutl. volum. 2. disput. 32. Tit. 1. lit. b. quorum generum pœnæ non solum perpetrantes, sed conscios etiam, & non revelantes manent per text. l. 5. §. id quod & c. ibi Dd. communiter C. h. r. minimè autem trahendæ ad eos quoque, qui scientes tractatum contra Principem superiorem recognoscenstem eum non revelarunt, Mysing. observ. 41. Treutl. d. l. (b) Ast hæc capitalis non sufficit, sed quia, ubi exemplo opus est, pœnæ aggravari, & cumulari queunt; sic quoq; hic cum capitali omnium bonorum concurrens confiscatio, d. l. 5. C. h. r. l. ult. ff. eod. dist. A B Tit. 24. tam allodialium, quàm Feudalium, propter generale vocabulum omne, quod nihil excludit, ind. l. 5. positum, nec non Jurium & actionum, quæ appellatione bonorum continentur l. 21. ff. de V. §. l. 30. §. 1. ff. ad Senatus C. Trebell. quævis tamen Feudalia, in quibus & Legitimatibus per subsequens matrimonium succedit e ransa extr. Qui filii sunt Legit. non ad Fiscum, sed ad Dominum Feudi, vel agnatos secundum naturam Feudorum transeant, 2 Feud. Tit. 24. §. deniq; Ordin. nat. Camer. part. 2 §. 2. ibi Auch die Lehen/te. Gail. de P. P. lib. 20. c. 13. n. 16. Hæc igitur confiscatio, si delictum notorium, statim à tempore commissi delicti ipso jure aufert dominium, l. 5 §. 4. ult. C. ad L. Jul. Majest. l. 15. princ. ff. qui & à quib. manum. lib. non sunt, l. 31. §. ult. ff. de donation. in tantum, ut excepta dote l. 5. §. 5. C.

§. 3. C. b. t. cujus ratio in tot. Tit. C. Ne uxor pro marit. ac Falcidia
filiabus ex bonis maternis relinquenda d. l. 5. §. 3. in fin. C. b. t. filius,
& filiabus non spiritualibus, in quibus nulla naturalis cognatio,
Schneid. ad Inst. Tit. de success. ab intest. de success. filiorum spirit. Non
legitimis tantum, quippe hi non in favorabilibus ultimis seu volun-
tariis, l. 91. §. 1. in fin. ff. de Legat. 2. neq; privilegiis & Feudis §. ado-
ptivus 2. Feud. Tit. 26. continentur, multo minus in odiosis & poena-
libus propter c. odia de R. J. in sext. nec ratio in l. 5. C. b. t. propter
eandem in idem crimen inclinationem in illis obinet: Non vulgo
quæsitus, qui ob venerem vulgivagam Patrem demonstrare ne-
sciunt, l. 23. ff. de stat. hom. §. penult. Inst. de Nupt. Non exincestis
nuptiis & nefandis procreatis nomine filiorum non venientibus,
Auth. ex complexu C. de incest. Nupt. Non Emancipatis desinentibus
esse in familia, l. 55 §. 1. ff. de Rit. Nupt. & nomen filii amittentibus
l. 6 ff. de Senatorib. Sed Naturalibus, vel Naturalibus & Legitimis
simul, tam ante quam post commissum crimen natis propter, arg.
l. 5. princ. ff. de senator. in quibus ratio d. l. 5. C. b. t. optimè verifi-
catur juxta vulgare: ad Semen nata respondent: ne quidem Legi-
tima jure naturali debita l. 7 ff. de Bon. damnator. relinquatur, sed
perpetuà egestate sordere cogantur per d. l. 5. C. b. t. §. 3. Inst. de Ha-
red. qua ab intest. quod quamvis videatur esse contra Auth. Bon. &
damnatorum C. de bon. proscript. & l. sancimus C. de pen. suâ tamen
ratione, cujus nulla Lex expers l. 39 ff. de Legib. non destituitur, quæ
partim in exemplis hereditarii criminis, quæ in filiis metuuntur,
partim in eo collocatur, quò propter calamitatem liberorum pa-
rentes ab hoc atrocissimo scelere deterreantur, Bocer. d. tract. c. 3.
n. 55. Decian. d. tract. lib. 7. c. 61. n. 18. Quæ tamen omnia ad Nepo-
tes non extendenda, quippe l. 5. nominatim loquitur de filiis quo-
rum appellatione nepotes non continentur, §. fin. Inst. qui testam.
tutor dar. l. 6. ff. de testam. Tut. Hisce deniq; Pœnis accedit infamia
immortalis, quæ omnem aditum ad honores secundum, c. infami-
bus de R. J. in sext. omnemq; testamenti facitionem, & Activam &
passivam adimit, d. l. 5. §. 1. C. b. t. quam quoq; concomitatur da-
mnatio memoriæ per mortem, quæ alias omnia solvens, princ. Inst.
quib. mod. Jus Pat. pot. solv. §. 3. Inst. quib. mod. Tut. finiat l. defun-
cto.

To 6. ff. de publ. Judic. hunc reatum non solvit, qui tamen solius
criminis perduellionis intelligitur esse per text. l. ii. ff. ad L. Jul. Ma-
jest. l. ult. C. eod. Tantum de nostrâ materiâ, cùm plura adjicere,
numerus pagellarum à statuto Academico nominatim expres-
sus omninò prohibeat.


Sacrofanctæ TRINITATI, à quâ tanquam
Fonte omnis Boni, salus nostra, ac benedi-
ctio promanat, Sit Laus perennis,
Gloria immortalis,


AMEN.




P

43. *Principes de jurisdictione communi*







corporales s. jura, quarum possessio in usu & exer-
sistit, L. f. ff. de Servit. L. 6. §. 1. ff. Si servit. vi-
bique vulgatum illud obtinet, quod tantum
præscriptum, quantum possessum, id quod in spe-
risdictionem applicat Köppen. P. 1. Dec. 48. n. 19
autem in longi temporis usucapione rerum cor-
titulus verus requiritur, ita in rebus incorporal-
lus præsumtus sufficit, qui ex præsumta ejus, quæ
scientiâ inducitur, præsumta sc. concessio, Stru-
43. 16. 15. Qui tamen titulus præsumtus non r-
si de justo, vero & ad transferendam Jurisdicti-
biti titulo constat, qui adest, si plures à non Do-
Jurisdictione investiti sunt de prædio pro indivi-
meist. d. l. L. 1. c. 23. n. 21. Per quantum verò
spatium hæc Quasi-Possessio continuata esse deli-
litem non est. Multi requirunt tempus immen-
quam opinionem *receptiorem* & majoris interpre-
tis esse ex Longoyall. refert Paurmeist. d. l. n.
tamen ipse n. 27. recedit. Alii in præscriptio-
parem aut *inferiorem* longum tempus sufficien-
tra *Superiorem* longissimum requiri tempus præ-
Gebhard. de Jurisd. c. 3. n. 50. seqq. Alii distin-
Jurisdictionem cum territorio præscribere ve-
eo, & priori casu longum tempus sufficere, post-
gissimum requiri putant, quæ sententia præ re-
bus consona videtur, vid. Zoel. ad ff. de Jurisd.
B. Brunnem. ad Wesenb. de Jurisd. 2. 19. C
ad Jurisdictionem communem in specie applica-
prout & circa ipsam ut b. f. toto tempore præ-
ad sit requiritur in C. f. X. de Præscript. de cui-

